UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

N. III. Derselben Schreiben an die Königin Mutter in Frankreich;

urn:nbn:de:hbz:466:1-52461

Visual Library

1647. Octob. helffen und ſelbiger deren Orten beygeleget werden könnte, wiſſen Wir nicht, woher Ew. Lbd. ſolche feindliche Gedancken von Uns und unſern Miniſtris machen können. 1647. Octob.

Es kan ſonſt wohl in Ew. Lbd. Aufkündigungs-Schrifft noch etwas mehr zuſammen getragen befunden werden, Ihre umgewendete Waffen damit zu juſtificiren: Gleich wie aber die vornehmſten Motiven allhier angeführet; alſo wollen Wir Ew. Lbd. mit längerm Schreiben nicht beſchwerlich fallen, nicht zweiflende, Ew. Lbd. daraus genugſam ſehen und judiciren werden, daß Wir zu dieſer neuen unvermuthlichen und plötzlichen, wieder alle Verſicherung und Zuverſicht beſchehenen Ruptur keine Urſach gegeben, ſondern vielmehr unſern Miniſtris, ſowol bey den Krieges- als Friedens-Handlungen, mit höchſtem Ernſt eingebunden und befohlen haben, daß ſie mit Ew. Lbd. Deroſelben Haus und Land, wie auch des Churfürſtens von Cölln Lbd. im Fall Sie es acceptirten, ſolch Armiſtitium getreu und ernſtlich halten und nachkommen, und in keinem Wege etwas darwieder zu geſchehen verſtatten ſolten, verhoffend, daß dieſes ein Grad oder Steig ſeyn ſolte, dieſem ſchweren und langwierigen Kriege abzuhelffen. Daß es aber anderer geſtalt abgelauffen und daß Ew. Lbd. erſt das Armiſtitium geſucht, Ihre Land und Leute im vergangenen Winter damit zu ſalviren, Uns und andere unſere Alliirte mit Zuſagen und Verſprechen wegen beſtändiger Haltung deſſelben verſichert, und anjetzo darnebſt noch wieder alle gute Zuverſicht zurück getreten; Solches befehlen Wir GOtt und der Zeit, und haben es zu einer Warnung inskünfftige zu gebrauchen. Datum auf unſerm Schloß Stockholm, den 15ten Octobr. Anno 1647.

Ew. Liebden

adfectionirte Muhme

CHRISTINA.

N. III.

Literæ Reginæ Sveciæ ad Chriſtianiſſimi Regis Matrem.

N. III. Der Königin in Schweden Schreiben an die Königliche Regentin in Franckreich.

Nos Chriſtina, DEi gratia, Svecorum deſignata Regina. Sereniſſima ac Potentiſſima Princeps, Soror, Conſanguinea, Amica & Fœderata Chariſſima. Non quidem præter, ſed contra exſpectationem Nobis accidit, quod Elector Bavariæ pactis Armiſtitii præterita hyeme Ulmæ ſolenniter initis inter utramque noſtram & ipſum, quo die ex promiſſo rata haberi deberet, renunciavit. Nobis multæ diffidendi cauſæ fuerunt, ideoque ſemper cum illo Principe declinandos Tractatus judicavimus; Verum urgeremur per Veſtrates, aſſenſæ ſumus, & quod per Miniſtros utriusque Noſtrum transactum fuit, habuimus ratum, ratificationisque Inſtrumentum in ſolemni forma transmiſimus & reddendum curavimus tempeſtivè. Recepimus verò literas Electoris armiſtitium renunciantes, ſcriptasque eo die, quo ratum haberi deberet. Neque mora ulla injecta, quin illico ſe hoſtem facto declaraverit & Civitates nobis traditas noſtroque præſidio inſeſſas aggreſſus ſit, ut hisce occupatis tanto commodius ad Veſtras accederet. Technas Principis ſenis & callidi obſervavimus in eo, quod videri vult cum Chriſtianiſſimo Rege, Fratre & Fœderato noſtro chariſſimo, Armiſtitium ſervare ſartum, nobiscum inepto, ut diſſolvat rationes conjunctionis noſtræ & facilius ſingulos aggregiatur ſuffultus Imperatoris ſubſidiis: Verum cum hæc ejus deſtinata neminem præteritorum & præſentium gnarum latere poſſint, rem omnem Chriſtianiſſimo Regi aperuimus, & certe de Suæ ac Veſtræ Serenitatis conſtanti affectu in rem communem ac noſtram inprimis conſervandi nobiscum mutui Fœderis confidimus, hanc Bavari iniquitatem non relictum iri inultam, ſed Serenitate Veſtram technis ejus obſervatis & ponderatis id, quod Nobis eſt

1647. Octob. renunciatum, non aliter accepturam interpretaturamque, quam ſi Chriſtianiſſimo Regi, Fratri & fœderato Noſtro renunciatum fuiſſet, quod bellum junctis Viribus geſtum eodem tempore adſopitum fuerit, & Armiſtitium cum utroque Noſtrum ſimul initum a nobis auctoritatem Veſtram ſequentibus ratificatum & executioni datum nec ulla in re contraventum, ut non niſi cum utroque ſimul rumpi potuerit. 1647. Octob.

Non detinebimus Serenitate Veſtram prolixioribus literis, ſed confiſæ ejusdem conſtanti in Nos animo affectuque divinum Numen veneramur, ut Serenitate Veſtram cum Regiis ſuis Filiis totoque Regno Galliæ ſalvam incolumen & florentem diutiſſimè conſervet. Dabantur in Regia noſtra Stockholmenſi, die 24. Octobr. 1647.

N. IV.

Exemplum Literarum Reginæ Sveciæ ad Regem Chriſtianiſſimum.

Nos Chriſtiana Dei gratia Svecorum &c. deſignata Regina &c.

Sereniſſime & Potentiſſime Princeps, Frater, Conſanguinee, Amice & Fœderate Chariſſime.

N. IV. Ej. Schreiben an den König in Franckreich.

De nullius Principum Germaniæ affectu in cauſam communem dubitandi majores Nobis unquam extitere rationes, quam de Electoris Bavariæ animo applicando communi rei ac Regnorum utriusque noſtrorum. Tot enim tantisque nexibus jungitur Domui Auſtriacæ Princeps ſuopte ingenio non Nobis tantum per Germaniam ſi non direxerit, particeps tamen fuerit & ſuſtinuerit, nullo habito ſive Conſanguinitatis ſive Vicinitatis reſpectu, multo minus affectavimus, facile animadvertentes, quicquid ſtudii operæque in eo collocatum fuiſſet, id ſine fructu ac uſu & Nobis amicisque noſtris fraudi ac nocumento futurum. Hæc licet Nobis non eſſent ignota atque quoties tractatuum cum Duce Bavariæ injiceretur a Serenitatis Veſtræ miniſtris mentio, juſſerimus noſtrates illos declinare, præterita tamen hyeme cum Exercituum noſtrorum Duces, Campi Marſchallus noſter Dominus Wrangelius & Mareſchallus Veſter Dominus de Turrenne conjuncti in Franconia & Svevia agerent, & ea occaſione invaderent Bavariam fixo illic pede, Bavarus nullo alio Conſilio ſui tuendi reperto ad tractatus accurrit, deſertoque in ſpeciem Imperatore Armiſtitium Nobiscum & cum Serenitate Veſtra pepigit, ſuo quoque fratre Electore Colonienſi incluſo, conditionibus ſuis in præſens proficuis & ut videri voluit pacificandæ Europæ non ineptis, duraturum usque ad generale Armiſtitium, aut Pacem univerſalem cum ampliſſimis promiſſis ſe nihil ſtudii operæque intermiſſurum, quo hæc obtineri poſſent. Annuimus hisce tractatibus motæ authoritate Serenitatis Veſtræ & ſuaſu miniſtrorum Veſtrorum, quicquid tranſactum fuit Ulmæ noſtrarum erat partium, id rati habentes executioni dari juſſimus, tranſmiſſo ratificationis noſtræ ſolemni Inſtrumento & ante præſcripti temporis exitum reddito: atque ut cuncta majori ſinceritate peragerentur, verſis armis in hereditarias provincias Cæſaris bellum omne a limitibus ejus transferri juſſimus, ea ſpe, fore, ut Princeps ejus ætatis ac dignitatis datam fidem eſſet ſervaturus, præſertim cum ad Nos eſſet delatum, illum Legatione ad Serenitatem Veſtram miſſa multa de ſuo candore & ſinceritate dixiſſe. Nos jam exſpectantes ejusdem Ratificationem primò intelligimus Electorem Colonienſem Armiſtitio, quod primum acceptârat, renunciaſſe nunc paulo poſt ipſum Electorem Bavariæ miſſis Literis ad noſtrum Campi Mareſchallum quod die ratificationem ſuam mittere debuiſſet, noſtra retenta armiſtitium repudiaſſe,

quem-